

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5037

Auteur(s) : Eugène III [pape]

Bénéficiaire(s) : Milon, Muzy, Notre-Dame de L'Estrée (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1147, 6 septembre

Lieu d'émission : Auxerre

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Eugène [III] prend l'abbaye Notre-Dame de l'Estrée sous sa protection et confirme les biens et les droits de ladite abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 51, p. 121-123.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2^{éd.}, Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 9129, t. 2, p. 47.

Texte établi d'après a

Eugenius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Miloni abbati sancte Marie de Strata eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis imperpetuum. Cum omnibus ecclesiasticis personis debitores ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio existamus, illis tamen propensioris caritatis studio nos conuenit imminere, quos in uere religionis habitu omnipotenti domino militare cognoscimus. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis petitionibus clementer annuimus et pefatam sancte Marie ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona impresentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium siue aliis iustis modis Deo propicio poteritis adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : terram de Stratis, terram de Bello Uillari, terram de tramite Uer, Grande Pratum, alias terras et prata, que ex utraque parte fluminis Arne habetis, unum piscatorem in eodem flumine per dominum castri de Musy, grangiam de Faiel cum omnibus appendiciis suis, grangiam de Meruilla cum omnibus appendiciis suis, grangiam de Mefrotrum cum omnibus pertinentiis suis et quicquid possidetis in nemore Crotensi, grangiam de Chaleth. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis uestrorum animalium nullus a uobis decimas exigere presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat pefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre, minuere uel retinere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis

profutura, salua sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, si secundo tercioue commonita reatum suum congrua satisfactione non correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

R. Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. BV.

† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.

† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Hubaldus presb. card. tit. sancti Iohannis et Pauli ss.

† Ego Iulius presb. card. tit. sancti Marcelli ss.

† Ego Guido presb. card. tit. Pastoris ss.

† Ego Oddo diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

† Ego Octauianus diac. card. sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.

† Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmidin ss.

Dat. Altissiodori per manum Guidonis sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii VIII id. septembris, indictione X, incarnationis dominice anno M°.C°.XLVII°, pontificatus uero domini Eugenii pape III anno III.